



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER
EOBANVM || HESSVM.||**

Hessus, Helius Eobanus

Lipsiae, 1557

VD16 B 3198

Psalmvs CXXXV. Laudate nomen Domini, laudate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69301)

Orate.

Tollite ad alta manus uestras sacraria, & ipsi,
 Quas decet eximia dicite laude preces.
 Sit Deus excelsa tibi fautor ab arce Sionis,
 Qui mare, qui cœlos finxit & omne solum.

P S A L M V S C XXXV.

Laudate nomen Domini, laudate.

A R G V M E N T V M .

Est fere idem argumentum cum superiore, nisi quod hic caussas addit, cur praedicandus & laudandus sit Dominus : commemorat enim non solum publica miracula, sed priuata, & huius populi propria, quod regnum & cultum suum habeat in Iacob, quod populu liberauerit in Ægypto, quod dederit terram Canaan &c.

Edita gestarum memorat miracula rerum,
 Rebus ut admoneat talibus esse Deum.
 Esse Deum quem laude uehat cui debita soli
 Sacra ferant, ne Dijs condita signa colant.

Halleluia.

Propositio ex
hortationis.

Dicite laudantes per secula cuncta manentem,
 Deuoti famula conditione Deo.

Intima diuini qui statim ad intima Templi,
 Qui nostri incolitis tecla beata Dei.

Ratio proposi Dicite laudantes Dominum quia mitis & aequus,
 tions.

Optatam misericordiam ferre benignus opem.

Ipsius



Ipsius æterno sacrum date nomen honori,
Cuius nulla decus nomina maius habent.

Nam Deus æternos Iacobum elegit in annos,
Et decus Israël censuit esse suum.

Magnus enim Dominus uere est & dignus haberì,
Idem alius omnes fortior ante Deos.

Creationis beneficium.

Quod Domino cunq; est libitum facit, aurea supra
Sidera, per terras, per freta longa maris.

Ille abstrusa potens exercet in omnia regnum,
Quantumuis etiam terra profunda tegat.

Qui gelidum pluias subducit in aëra nubes,
Protinus extremi de regione soli.

Fulgura terribiles facit ignea ducere rimas,
Et mox qui pluias inde resoluit aquas.

Qui rapidos cæcis uentos producit ab antris,
Et quæcunq; uolet per loca flare facit.

Qui primogenita Aegypti percussit aquose,
Omnia tam pecorum quam genus omne uirum.

Propria huius
populi benefi-
cia.
AEGYPTUS.

Quis signa & portenta tibi ò Aegyptia tellus
Edidit, an uelles cautior esse tui.

Nec solitibi, uerum etiam tua sceptrá gerenti,
Et quæcunq; fuit sub Pharaone manus.

Terra Canaan

Qui magnas ualido deluit robore Gentes,
Fortia magnorum contudit arma ducum.

Bellica Amoritæ qui perdidit agmina regis,
Et quæcunq; sub hoc turba Sibone fuit.

Marte Basaniten proprio qui perculit Oggum,
Et reges Canaan quos fera cunq; tulit.

Inde alijs tribuit terram quam cepit habendam,
Regna Israéli cuncta subacta suo.

Summe

Ἐτιφῶνημα. Summe Deūm tua fama manet, tua gloria uiuit,
Gloria in æternos non peritura dies.

Dominus dat Ipse suum populum Dominus reget, ipse suorum
ybum & remit tit peccata. Non omni in pœnas tempore durus erit.

AUT' θεσις, Quæ Gentes idola colunt ex quolibet ære,
Tales non sunt Pro dij's humanae composuere manus.

gentium Di. Ora quidem sed muta gerunt, stant lumine cæco,
Nec sensus stupidis auribus ullus mest.

Plumbca non aliquis mouet organa spiritus oris,
Saxeæ sub ficta guttura fauce stupent.

Talia qui faciunt factis simulantur ijsdem,
Quiq; putant factis numen inesse suis.

Repetit exhor Vos domus Israël Domino date munera laudum,
rationem. Vos & Aaronice concio sacra tribus.

Tu quoq; de sancto quæ ducis nomina Leui,
Gens pia fer Domino debita dona tuo.

Qui Dominum colitis Dominū celebrate, nec unqu;

Vestra Dei merita carmina laude uacent.

Excelsa Dominus laudetur ab arce Sionis,
Quis edet & Solyma legit in urbe locum.

PSALMVS CXXXVI.

Confitemini Domino quoniam.

ARGUMENTVM.

Est gratiarum actio eodem argumento
cum superiori Psalmo, commemorat enim
beneficia creationis, & quæ populo Israel
peculiariter exhibuit, ac hortatur ad gratia-
rum actionem.

Hic

